

Quaestio II.

Quæritur, an tres sint hominis partes, Corpus, Anima & Spiritus?

§. 1.

NON parum sapere sibi videntur illi, qui, ut ostendant ingenii sui acumen & vanam quandam apud populares gloriolam captent, nova dogmatum monstra effingunt & studiosæ juventuti obtrudunt. Inter hos referre volunt Doct. *Joach. Lutkemannum*, qui præter duas partes essentielles hominis, adhuc aliquid aliud essentialiter requirat ad constitutionem hominis, & quidem substantiale quid, ob cujus absentiam homo non sit homo. Sed conqueritur de injuriâ sibi illatâ, & mentem ita declarat, à se præter animam & corpus non requiri partem tertiam hominis, sed utriusque modum, sc. unionem, quæ ab utroque realiter differat, quamvis tantum modaliter. *Vide ejus diff. phy-*

phy-